



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

11 Martij. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



II Martij. 5. Idus.

S. MAMERTE, monasterij ad S. Pe- *Circa*
 trum in Hispanijs Abbas; Divi Do- *annus 1121.*
 minici, Prædicatorum Antesignani *1221.*

(veluti cõstans traditio convincit) fra-
 ter germane, ejusque magnarum vir-
 tutum æmulator studiosissime: qui ri- *Corpo-*
 gida carnis maceratione, & spiritus *ris sui*
 exercitatione longum in hac vita du- *castiga-*
 xisti martyrium; breve tamen, si con- *tor ri-*
 feras cum ea, quam tibi comparasti, *gidus.*
 gloriæ corona. Sanctitatis tuæ fa-
 mam cum prodigia disertè per multa
 tempora deprecarent: sacra ossa, ju-
 bente Apostolica Sede, è tumulto ele-
 vata sunt: quæ pio cultu, magnoque
 suo solatio, plebs veneratur. *Stulticia* *Morti-*
 mundo, & carni insania videtur illa, qua *ficatio.*
 se homo de futuris solicius, sponte cruciat,
 afflictio. Tu fac, ne cum mundo insanire,
 sed tuum, & innumera sanctorum exem-
 pla sequi eligam.

B. JULIANE: qui postquam plu- *floruit*
 ribus annis sub magni Ecclesiæ Docto- *circa*
 ris Augustini legibus vixisses perquam *annum*
 sanctè: sanctior futurus, sanctæ con- *1288.*
 gregationi Clarævallensi te associasti;
 & tandem non minùs excelsarum vir-

H 5

tu-

178 ANNI CISTERCIENS.

Lectio
sacra.

tutum, quàm doctrinæ famâ inclytus,
ad sanctorum in cœlo consortium as-
sumptus es. *Sonet ex ore tuo in auribus
meis vox illa celestis, quæ primo Legisla-
tori tuo fuit conversionis initium & stimu-
lus: Tolle, lege. Legam nimirum cum
profectus maiore in dies incremento, san-
ctorum Historias: neque alio fine, quàm
ut ex ijs legam, eligam, imò sternam mihi
viam ad eorundem beatitudinem.*

S. BERNARDUS, ser. 22. in Cant.

Histo-
ria furti
hortus.

*Historiam ad hortum, puto, non im-
merito deputavi: quòd in ea inveni-
antur viri virtutum, tanquam li-
gna fructifera in horto Sponsi, & in
paradiso Dei: de quorum bonis acti-
bus ac moribus, quot sumis exempla,
tot carpis poma.*



12. Martij. 4. Idus.

Obijt
circa
annum
1380.

B. BERNARDE, monache Archi-
cœnobij Cisterciensis: quod mul-
tis annis tuorum operum sanctitate,
& strictissimâ traditionum paterna-
rum observantiâ, ut prima vo spi-
ritus